Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lateinisches Gebet- und Stundenbuch - Cod. U. H. 22

[Bamberg (Diözese)?], [Ende des 15. Jahrh.]

[Suffragien, Gebete]

urn:nbn:de:bsz:31-231908

Visual Library

ad uidendū faciē que est chri pura
Esto nobis quesumus tutum ad
iuuamen. Dulce refrigeriū atq̃ cō
solamen. Vt nobis non noceat hosti
le grauamen. vt fruamur requie
omnes dicant amen. Ver. Signatū
est sup nos lumen vultus tui dn̄e. de
disti leticiam in corde meo. ℣ Fac
mecum signum in bono vt uideant
qui oderunt me et confundantur.
quoniā tu domine adiuuisti me. et
consolatus es me. ℣ Dn̄e exaudi ora
tionē meam. et clamor me⁹ ad te ueni
at. Oremus Oratio
Deus qui nobis signatis lumine
vultus tui memoriale tuum ad in

ſtanciam Veronice imaginem tuam ſudario impreſſam relinquere noluiſti. per paſſionē et crucem tuam tribue queſumus. ut ita nunc per ſpeculum in enigmate adorare venerari et honorare ipſm in terris valeamus. ut in futuro quoqꝫ te venientem Judicem ſuper nos facie ad faciem videre mereamur dominū noſtrum Jeſum xpm. per omnia ſecula ſeculorum Amen De ſancto ſpiritu Antiph

Veni ſancte ſpūs. reple tuorum corda fidelium. et tui amoris in eis ignem accende zc ver. Emitte ſpiritum tuum et creabuntur. et renouabis faciem terre. Oremus Oro

Deus qui corda fidelium sancti spi
ritus illustratione docuisti. da
nobis in eodem spiritu recta sapere. et
de eius semper sancta consolatione
gaudere. per christum dominum nostrum
Ad propriũ Angelum oro deuote Amen.
Angele qui meus es custos pieta fol: 63.
te superna. me tibi cõmissum ser
ua. defende guberna. ut ab omni cri
mine semper mundus sub tuo regimi
ne maneam Ver. Omnes sancti beato
rum spirituum ordines orate pro
nobis ad dominum nostrum Jesum
Christum. Oremus Oratio
Omnipotens sempiterne deus.
qui nos cibo potuq; angelico

mirabili diſpoſitione recreaſti. quique
non deſinis nos beatorum angelo-
rum tuorum viſitationibus iocunda-
ri, revelationibus inſtruere. ſugge-
ſtionibus ammonere. Quique cuique
noſtrum bonum angelum ad ſui cus-
todiam deputaſti. concede propicius
mihi indigno famulo tuo. et omni-
bus amicis meis meritis et conſili-
is ſanctorum angelorum tuorum
ſemper cum leticia obedire. ut de om-
nibus peccatis noſtris veram peni-
tenciam valeamus percipere. et in
gracia tua ſemper vivere. et ad glo-
riam tuam mereamur feliciter per-
venire per chriſtum dominum. Oratio

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

Deus propicius esto michi peccato-
ri. et custos mei omnibus die
bus vite mee. Deus Abraham. deus Ysa
ac. deus Jacob Miserere mei. et mitte
in adiutorium meum sanctum Micha
elem archangelum. qui me custodiat.
protegat. visitet. et defendat ab omnibus
inimicis meis visibilibus carnalibus [et invisibilibus]
et spiritualibus ac temporalibus. San
cte Michael Archangele dei defende
me in prelio. ut non peream in treme
do iudicio. Archangele christi Micha
el per graciam quam habere meruisti,
te deprecor. per vnigenitum dominū
nostrum Jesum. ut eripias me hodie [et quotidie]
ab omnibus malis preteritis. p̄ntibus

et futuris. ac intercedente glorioſa
ſemper virgine Maria. cum ſocietate
celeſti. Sancte Michael. ſancte ga-
briel. ſancte Raphael. Omnes ſan-
cti Angeli et Archangeli dei ſuccur-
rite mihi. Precor uos omnes virtu-
tes celorum, vt michi per ſummi dei
potenciam, detis auxilium. quod
nocere
nullus inimicus me, dampnare poſſit,
nec in via. nec in igne. nec in domo.
nec extra domum. nec eundo nec re-
deundo. nec vigilando nec dormiendo
nec comedendo nec bibendo. nec ali-
quid faciendo. Ecce ſignum ſancte
✠ crucis domini noſtri ieſu chri-
ſti. Fugite partes aduerſæ vicit leo

nec viſibi-
lis, nec invi-
ſibilis

de tribu Juda radix dauid Alleluia.
Saluator mundi salua nos. qui per
crucem et sanguinem tuum redemis
ti mundum. Salua me hodie. et om
nibus vite mee ✠ Agios ✠ Otheos
✠ Athanatos, Crux christi adiuua
me ✠ Crux christi defende me.
✠ Crux christi ab omni malo libe
ra me. ✠ Crux christi salua me ho
die et omnibus diebus uite mee. a
men. Jesus autem transiens per me
dium illorum ibat Antiphona
S: Michael Archangele uem in adiu
torium populo dei. V In conspectu an
gelorum psallam tibi deus meus.
Adorabo ad templum sanctũ tuum

† proprium

et conſitebimur nomini tuo dñe ℣
Sit nomen dñi benedictum Ex hoc
nunc et uſq; in ſeculum Domine
exaudi orationem meam. et clamor
meus ad te veniat Oremus Oratio
Deus qui miro ordine angelorum
miniſteria. hominumq; diſpenſas, concede
propitius. ut a quibus tibi miniſtran
tibus in celo ſemper aſſiſtitur, ab hys
in terra, vita noſtra muniatur. per
Chriſtum dominum noſtrum. amen
Salutationes ad omnia membra
Chriſti. quas qui devote dixerit, p
quolibet Salve ccc. dies indulgenci
Salve tremen… rum obtinebit
dum cunctis poteſtatibus ea

fol: 63.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST